



Disputatio medica inauguralis de tympanitide

<https://hdl.handle.net/1874/345213>

II.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
TYMPANITIDE,

QUAM
AUSPICE SUMMO NUMINE,
Ex Autoritate Magnifici D. Rectoris,
M. JOHANNIS LEUSDEN,

Philosophiae Doctoris, & Linguæ Sanctæ in Illustri
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

UT E T

Amplissimi Senatus Academicus Consensu, & Nobilissime
Facultatis MEDICÆ Decreto,

PROGRADU DOCTORATUS,
Summisque in MEDICINA Honoribus, Prærogativis &
Privilegiis, legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

JOANNES OVERCAMP, Couverdiensis.
Ad diem 26. MAJI, horâ locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clc xciii.

Viro Doctissimo

HEYDENTRYCO OVERCAMP,

Medicinæ Doctori practico
apud Amstelodamenses fel-
cissimo fratri unico omni
amore colendo.

Hacce Theses Inaugurales

Offert

JOANNES OVERCAMP.
Auct & Rsp.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALES,
DE
TYMPANITIDE.
THESIS I.



Iraculum illud intestinorum, medici quod vulgo Tympanitidem appellant, Thema inauguralis mihi disputationis erit.

I I.

Tympani instar venter hocce in morbo tensus est, & si manu percutiatur, sonum consimilem edit.

I I I.

Generali ergo expansioni omnium intestinorum, nec non ventriculi, hoc solum nomen relictum est, verum enim vero alias species horum viscerum non dari particulares, industria Medica jure merito in controversiam trahit.

I V.

Nam illa, prudenti consilio causas aliquas læsarum functionum intestinorum, & quod magis est ventriculi, animadvertendo, vidit harum non minimam partem Tympanitidi particulari, vel potius non ita generali, suas causas debere.

V.

Dictum per actum probare Studens, ventriculum, quod diris cruciatibus propter inmanem ejus expansionem vexatur, continuis rugibus vociferari finit, secundo colicos, iliacosque dolores, ab hac expansione ortos, pro fidelissimis hujus rei testibus accersire jussit, praeterea partis hujus intestini colon, quæ sinistrum Hypochondrium occupat, quærelas suas longioris ejus expansionis, eo quod, celeberrimus Sylvius, in cathedra lugdunensi, hujus causas, contra obstructionem lienis optime defendit, exaudire non recusat.

A 2

Causa

4 DISPUTATIO MEDICA

V I.

Causa hujus tympanitidis non solum generalis, verum etiam particularis curiosioribus exploratoribus artis Medicæ duplex sese offerre consuevit,

V II.

Una est symplex, & ab omni alia materia libera, flatuum in ventriculo, nec non in intestinis copia, altera est infinita fere bulularum, flatus tamen in se continentium & ex leviori materia viscida ortum ducentium congries.

V III.

Primam menimi, me in puerpera vidisse, cujus venter miraculi instar, mirum in modum, & hoc brevissimo quidem in tempore extendebat, secundam in vetula sexagenaria, etiam hoc nostro affectu laborante, scilicet, ex excretis, quæ spumosa non solum verum etiam instar cerevisiae recentis fermentabantur.

I X.

Probatio posterioris, quoniam ipsa res pro me militat, non mihi, sed prioris incumbit.

X.

Nam illa, quamquam ex hac expansione generali per tres continuos dies convulsiones hystericas, non tales, quales in minimo, imo vero in maximo hujus morbi gradu videre licet, patiebatur, & hunc affectum termina ventris, horrenda comitabantur, attamen hanc spatio sex horarum, flatibus magno in copia per inferiora & superiora emissis curatam vidimus, non falsam, sed veram vobis historiam narro, unde colligere licet, non spumosam, quæ magis inexpugnabilis est, sed flatuosam solummodo materiam fuisse.

X I.

Medici etiam diversitatem curationes a varietate causarum dependentis, animadverentes, non dubitavere hunc spumosum Aerolum ventris intra tunicas intestinalium, nec non ventriculi coerce-re, quamvis hoc a veritate alienum mihi videatur, nihilominus tam en allatam nostram veritatem magis claram reddit.

Ha-

IN AUGURALIS

5

X I I.

Hactenus de causis continentibus, & proximis, nunc de remotis ut agam, non tantum ad hoc me ratio, verum etiam series rerum a me pertractandarum impellere censetur.

X I I I.

Ut hoc omnibus fere in aliis morbis evenit, ita hic causae quoque vel internæ, aut externæ sunt.

X I V.

Ita hoc malum a quacunque causa frigida, sive demum sit aer, sive aqua suam potest originem ducere, nam quis nesciat? frigus posse succos tam bene in ventriculo, & in intestinis contentos, quam in vasculis horum viscerum circulantes, incrassari & per consequens ansam dupli materiae generandæ prebere.

X V.

Sic medica manus, pia quidem, sed non docta tamen semper febres ardentes per medicamina actu frigida curare Studens, causam huic morbo vel generali, vel particulari generando non raro præbere solet, earumque curam, quæ ultimo desiderio a mortali bus exspectatur, difficiliorem non solum verum etiam longiorem reddere.

X VI.

Et quamvis diversæ hujus affectus species a causa frigida oriantur, hoc tamen non impedit, quominus æque facile a sanguine scorbutico viscoso & lento suum non ducerent ortum; articulus fane in fide medica, qui nullam controversiam movit.

X VII.

Pueras ventrem ex recenti partu ad huc magis laxum habentes, hoc morbo facile corripi posse, quotidiana planum facit experientia, hinc murmura exaudiuntur & inde dolores satis decentati aliquando post partum oriri consuevere.

X V I I.

Nunc disputandum est, quare ista pars intestini colon sinistrum occupans Hypochondrium magis præ cæteris huic expansioni particulari obnoxia fit.

XIX.

Problematis hujus solutio cum a presentia excrementerom in ejus extremitate herentium, tum a vicinitate ventriculi, cui etiam pars hujus intestini subest, petenda est, nam flatus in intestinis tenuioribus geniti, per motum peristalticum versus crassa intestina pressi, & per angustius spatium hujus partis, quæ ut statim diximus, ventriculo subest, moti, facta jam primum angustia, a pressione ventriculi, magis saturi, iteratis vicibus hanc partem extendere debent, eoque magis, quod exitus. Propter obstaculum praedictorum excrementorum illis dari non potest, & propter hanc unicam ob causam enemata tantæ necessitatis, aliquando in arte medica sunt.

XX.

Quid mali, ex hoc malo corpori accedat, jam inquirendum est.

XXI.

Quoniam præcipua causa concoctionis assumptorum in ventriculo & chyli in intestinis, a naturali horum viscerum constructione dependet, igitur hac sublata, omnes functiones corporis laedi deberi necesse est.

XXII.

Hinc primum macilenti & temperamenti frigidi sunt, quid mirum, ubi vix chylus in ventriculo generatur & in intestinis non concoqui posse, quid aliter quam id quod statim diximus, exceptandum est, imo ipsa mors, ubi haec causæ pejores sunt.

XXIII.

Alvus aliquando adstricta, nonnunquam lubrica est.

XXIV.

Prior casus evenit, ubi hoc malum a flatibus oritur, sic vidi puerum hoc morbo laborantem, alyum sola exhibitione tinturæ castorii aromaticæ deposuisse, quod medici, neque clysteribus neque purgationibus, efficere potuerant, & ratio in promptu est, nam flatibus hocce medicamine expulsis, contractionem solitam, intestinis illico restituи debere necessarium erat.

X X V.

Diarrheam spumosam olim Hippocrates a cerebro deduxit, species sane diarrhoeæ, quæ non facile curari potest, quoniam in se quandam umbram resolutionis, vel potius paralysios intestinorum comprehendit, & hæc quamvis minorem gradum nostri affectus generalis, & ex materia spumosa orta, præ sua causa præsupponit, illam tamen in supra dicta nostra vetula non obscure nostro morbo laborante etiam animadvertisimus.

X X V I.

Spiritum, omnes, hoc morbo laborantes difficillime ducere debere, quis non videt, hinc aliquando animi deliquium, propter defectum aeris, sudores frigidos, aliaque plura mala patiuntur.

X X V I I.

Prognosin, quæ ex radicibus intimæ cognitionis natura morbi germinare solita est, & debet, secundum leges medicorum jam suas partes agere debere & ratio & tempus monent.

X X V I I I.

Omnis expansio sive sit generalis, vel particularis, si diu duraverit, fere incurabilis est, quoniam laxitatem ventriculi nec non intestinorum curare, opus non solum arduum, verum etiam ut plurimum impossibile est, nam hoc observamus in hysteris passionibus ab hac expansione ortis, affectione Hypochondriaca, circa murmura, quibus ut plurimum mulieres tentantur, & non raro circa expansionem intestini coli, quam belgice een Ryfkoek appellant, sic pueros videre licet, hisce expansionibus diutissime vexari, ubi vermibus laborant, quotidiana observatio est.

X X I X.

Sileat, jam oraculum nostrum medicorum, & ultimo loco cura fari incipiat, hanc eo magis ausus sum aggredi, quod unum etiam pessimo gradu hujus affectus decumbentem curatum vidi, proponam solummodo generalia, & inter illa primo balneum siccum, secundo cataplasma ta, linamenta, aromatica & volatilia.

Ter-

S D I S P U T A T I O M E D : I N A U G U R .

Tertio antehysterica, sed tamen melioris notæ. Quarto decocta anti-scorbutica & sudores moventia; Quinto & ultimo loco alkalia & gummata.

X X X.

Ite jam hisce saturi , & non exspectate me hic plura propositum, cum in animum induxi meum non tam hic docere, quam specimen peritiæ nostræ artis medicinæ in medium proferre , hoc an male, vel bene, fecerim aliis judicandum relinquo.

F I N I S.

